



Borta quadā die inter nos, de creatiōe mūdi disceptatione: dicebas q̄plu-  
rimos in eā opinationē confluisse: q̄ deū ab aeterno, potuisse oīm creatio-  
nē absoluisse testat̄. Ego vero haud omnino huic assertiōi aduersat̄: sub-  
iunxi deū ab eterno sc̄dm adiacentiā quidē potestatis: nō tñ sc̄dm ipsius  
opis exequutionē: potuisse creare vniuersa. Secundū adiacentiā potesta-  
tis dico: quia de⁹ est eterna oīm creaturarū potestas: q̄ semp & ab aeterno  
Id potuit: qd̄ postea actu & ope cōpleuit. Secūdū exequutionē vero operis, intelligo deū ne  
quaḡ potuisse ab eterno perfecisse vniuersa: haud p̄pter ip̄i⁹ deī naturalē quadā impotentiā  
& infirmitatē: sed satius ob creaturarū alteritatē: & earū ab sui creatoris consubstārialitate,  
substantiali ve vnitāte p̄laptionē: qd̄ mult̄ causis ostēdem⁹. ¶ Prima. Aeternitas cū infīnita  
te substātiē cōuertit̄. Sūt em̄ ambe equales: & soli diuinitati p̄priē. Quapropter creaturam  
eternitate metiri: hoc est dicere, illā potuisse ab eterno subsistere: est & illi⁹ substātiā statue-  
re immēsam. Quī em̄ creatoris & creaturē, durationes & p̄manētias equauerit: debet & am-  
borū exequare substācias. ¶ Secūda. Idē est potuisse ab eterno aliquā esse creatā substātiā  
ei qd̄ est posse extra diuinā substātiā, esse aliā substātiā actu imensam. Si igit̄ haud potest  
deus aliquid extra se immēsum: neq; is potest extra se substātiā eternā. ¶ Tertia. Cū duplex  
sit diuina operatio: quēdā quidē naturalis & cōsubstārialis: alia vero incōsubstārialis & vo-  
luntaria: illā solā eternitate: istā vero tpe aut a uo, volum⁹ esse metiendā. Diuin⁹ em̄ arcan⁹  
& interior p̄cessus: eternus, exterior vero: tēporarius aut eūternus. ¶ Quarta. Implicat cō-  
tradictionē: creaturā esse ab eterno: & eā esse creaturā. Nā creatura vt huiusmodi: est opus  
& opificiū creatoris: diuisū & separatū ab ipsius creatoris substātia: & nequaḡ ex illa: sed ex nī  
hilo & nō ente, ab ea p̄ductū. At qui omne op⁹: cū a mēre p̄deat sui opificiū: debet ipsius op̄i-  
ficiū mens & volūtaria opis causa: ip̄o suo op̄e: tā substātia q̄ duratione esse eminentior ac  
prior: quēadmo. dū humanā mentē cunctarū suarū notionū opificē: dicimus natura & dura-  
tione cūctis suis notionibus esse priorē: & aliquādiu subsistere inanē & vacuā. Postea vero  
eandē suapte idustria: variis specieb⁹ p̄pria replere & exornare scrinia. Sic & diuina mens: dī-  
cēda est aliquādiu, vt ab eterno & toto primo a uo, substituisse sola: tanḡ exteriore creatura-  
rū opere, inanīs & vacua: quæ demum vltro, omnia parturiuit. Et sicut qui dixerit aliquam  
notionem ac speciem: inesse humanæ menti a natura: negat illam esse humanæ mentis  
opificiū: ita & qui senserit aliquam creaturam aut esse aut potuisse fieri ab aeterno: negat  
eādem creaturam, esse diuinæ mētis opus. ¶ Quinta. Cū hæc tria adiuicē cōuertant̄: eterni-  
tas, imēfitas & substātiē idētitas: necesse est vt si creatura potuit ab eterno subsistere: hæc &  
immenā sit & auctori suo cōsubstārialis. At uero esse cōsubstāriale: est penit⁹ a creatura a-  
lienū: vt pote qd̄ p̄priū est, dūtaxat arcanorū deī partuū: vt filii & spūssanc̄ti. ¶ Sexta. Creatu-  
rā potuisse ab eterno subsistere: mysticū diuinę trinitatis numerū scindit ac diuellit. Argu-  
it insuper deū esse impfectū: tanḡ q̄ eterna alicuius exterioris substātiē p̄sentia indiguit: nō  
habēs intra semetip̄m circa quod eterne ageret. Qui igit̄ voluerit deū, aut esse p̄fectū nulli-  
us exterioris substātiē indigū: aut deū a deo cadere nō posse: necesse est vt creaturā non po-  
tuisse ab aeterno subsistere fateat̄. Ob eas itaq; quas adduxim⁹ causas: liquet nullā creaturā  
posse in eternitate locum habere. Vale: Ex Carolo pontano vico, Secunda die Aprilis, M.  
CCCC, XIII.

In ædibus Ascēsiānis Ad. XII. Calen-  
das Maias Annū, M. CCCCC, XIII.





*Ambrosius*

*et frater et insignis*

Quod cernis Samarobrinis ancile paratur,  
Quintinū circa lilia terna vides  
Hoc vigili Samarobrinos custode refultos  
Hostiles nūq̄ cotripuere duces,

*Ambrosius ancile*



In scriptis Ambrosii ad Gregorium VII. de investitura

CCCCXIII